



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

F. Ioannis Slotani Geffensis, Sacrae Theologiae professoris, De vero verbo
Dei oratio, habita Coloniae in schola Theologoru[m], anno 1559. 5.
Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

F. IOANNIS SLO-
TANI GEFSENSIS, SACRAE
Theologiae professoris, De vero
verbo Dei oratio, habita Co-
loniae in schola Theolo-
gorum, anno 1559. 5.
Octobris.



Stendimus alibi, om-
ne id verbum Dei ef-
se, quod ad Ecclesiae
vtilitatem, à Deo reue-
latum est, & docuimus
sub hac definitiõe, nõ
solum contineri canonicas vtriusq; Te-
stamenti scripturas, verum etiam sacro-
sanctas Traditiones, & hanc verbi Dei
definitionem, eneruare aduersariorum
definitionem, qua dicunt illud esse ver-
bum Dei, quod à Deo reuelatũ, & dun-
taxat sacris scripturis, expressis verbis
demandatum est. Quod eorum ruino-
sum fundamentum, quanquã alibi satis
superq; destruxerimus, modò tamen a-
n 5 lia qua-

IOANN. SLOT. GEF.

lia quadam via ad eius conuulsionem
 procedemus. Siquidem de ipsa scriptu-
 ra (qua nihil est sanctius, nihil præcla-
 rius ac augustius, nihilque secundum
 Deum venerabilius) nulla est nobis cū
 hæreticis huius temporis nouatoribus
 controuersia, sed de intelligentia, nec
 nos negamus ipsam scripturā esse ver-
 bum Dei, sed constāter affirmamus, nō
 statim quicquid verbum Dei esse præ-
 tenditur, id verbum Dei esse, atq; qua-
 si verbum Dei suscipi debere. Non em̄
 quod in libris sacre scripturæ scriptū
 reperitur, hoc verbum Dei censendum
 est, sed quod sanè in illis intellectū est,
 secundum interpretationem Ecclesiæ
 catholicæ. Nō enim satis est, multas scri-
 pturarum autoritates adduxisse, sed e-
 as probè intellexisse. Omnes enim pro-
 pemodum hæretici, scripturarum testi-
 monijs, sed non bene intellectis, ad er-
 rores suos confirmandos vsi sunt. Et
 idcirco Sanctus Hilarius in libro ad Cō-
 stantium rectè scribit: Memento nemi-
 nem hæreticorum esse, qui se nunc non
 secundum scripturas, prædicare ea, que
 blas-

**Scripturæ
 non in le-
 gendo, sed
 in intelli-
 gēdo con-
 sistent.**

DE
 blasphem
 Marcion
 hinc Ph
 cum loc
 us, dum
 non int
 Deo fili
 sanas fo
 fendit,
 legem c
 di princ
 turas fi
 sine fid
 de Trin
 qui cœ
 tem pr
 pro ven
 perent
 ctorum
 ligentia
 tura est
 men.
 Non in
 scriptu
 rū verb
 in sup

DE VERO VERBO DEI. 280

blasphematur, mentiatur. Hinc enim Marcion, verbum Dei cum legit, nescit, hinc Photinus, hominem Iesum Christum, cum loquitur, ignorat, hinc & Sabellius, dum quod ego & pater vnum sum, non intelligit, sine Deo patre, & sine Deo filio est, hinc & Montanus per infanas foeminas suas, paracletum alium defendit, hinc & Manichaeus & Marcion legem odit, quia litera occidit, & mundi princeps diabolus est. Omnes scripturas sine sensu loquuntur, & fidem, sine fide praetendunt. Et lib. secundo de Trinitate. Extiterunt (inquit) plures, qui coelestium verborum simplicitatem pro voluntatis suae sensu, non pro veritatis ipsius absolute, suscipere aliter interpretanda, quam doctorum virtus postulare. De intelligentia enim haeresis, non de scriptura est, & sensus, non sermo fit crimen.

Non in legendo, sed in intelligendo scripturae consistunt, non in scripturarum verbis Evangelium est, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermone

Ioan. 10.

1. Cor. 4

Contra
Luciferianos. Et in
1 cap. ad
Galat.

num

IOANN. SLOT. GEF.

Arriani
Ioan. 14

Heb. 6.
Nouatiani,

num folijs, sed in radice rationis. Neq; sibi (inquit Hieronymus) blandiantur, si de scripturarum capitulis videntur sibi affirmare, quod dicunt, cum & diabolus de scripturis aliqua sit loquutus, & scripturæ non in legendo consistant, sed in intelligendo. Hæc ille. Arrius scripturam protulit: Pater maior me est, sed quo sensu ille protulit, non erat verbum Dei. Scripturam proferebat Nouatus hæreticus, qua lapsis negari pœnitentiam voluit, citans illud Pauli ex epist. ad Hebræos: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestis, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi, & pro lapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibi met ipsos filium Dei, & ostentui habentes. Secundum sensum Nouati, non erat verbum Dei, sed verbum Sathanæ, loquens per os Nouati. Si autem eo sensu hæc verba protulisset, negari vt diceret per hæc verba secundum baptisma, vt à sanctis

DE
ctis pa
sum re
quæ in
cramer
neque
stiano
veteru
proseq
runt A
diderit
qui ve
tur. Et
ptizant
eo sens
uulos à
clusos,
est ex a
lorum
eam im
non D
nes rat
mum a
impos
propri
clesiæ,
am ba

DE VERO VERBO DEI. 281

etis patribus animaduersum est, & ipsum renouationis verbum satis indicat quæ in baptismo, non in pœnitentiæ sacramento confertur, Dei verbum erat, neque fas esset cuiquam homini Christiano contradicere. Sed quid opus est veterum hæreticorum impios errores prosequi, ad nostros veniamus. Proferunt Anabaptistæ scripturam: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Et: Eûtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine &c. Verùm si eo sensu hæc verba proferuntur, vt paruulos à baptismi sacramento velint exclusos, eò quòd fidem nõ habeant, quæ est ex auditu, diaboli (qui salutis paruulorum inuidet, & quibus potest modis eam impedire conatur) verbum est, & non Dei. Sin autem per hæc verba, omnes rationis compotes, cùm ad baptismum accesserint, velint fidem (sine qua impossibile est placere Deo) adferre propriam (nã paruulis sufficit fides ecclesiæ, in qua cùm baptizantur, quoniam baptismus est fidei sacramentum, habi-

Anabaptistæ.

Marci vlt. & matt.

vlt.

Heb 129

IOANN. SLOT. GEF.

habitum in eo fidei consequuntur, & iam deinceps fideles vocantur & sunt. ut etiam decedentes, credatur in fide & confessione nominis Christi decedisse) sine qua non sit consequuturus salutem, verbum Dei est, omni veneratione amplectendum. Verum de hoc latius egimus in Tractatu de baptismo paruulorum. Adducunt Sacramentarij hæc Christi verba sacris scripturis comprehensa, & à Christo prolata, dum Eucharistiæ sacrosanctum sacramentum institueret: Hoc est corpus meum, &, Hic est sanguis meus. Quæ si hoc sensu proferrent, ut in Eucharistia præsens reuera esse intelligerent, verum & viuificum corpus domini nostri Iesu Christi, verumque & viuificum eiusdem sanguinem, nemini dubiũ, quin sint verba dei. Nam & ipsa Christi verba hoc demonstrat. & ipse verus consensus ab initio vsque ad præsens tempus Catholicæ Ecclesiæ id ipsum comprobat. Si autem hæc verba non simpliciter ut sonant, iuxta singularem significationem, non de

Sacramen
tarii.

Matt 26.
Marci 14.
Luc. 22.

DE
de vero
ne & fa
taphori
quasi D
um deci
rant aut
aut si (
amentia
gressi, v
consecra
re, pro e
pus meu
Hic pan
prorsus
de quib
ciauit: A
in mei c
verbum
erit.
Iam qu
firmat s
in Euch
te corpo
intellige
sunt hab
rũ intell

DE VERO VERBO DEI 282

de vero corpore, ac vera viuenti carne & sanguine, intelligunt, sed metaphoricè aut schematicè accipiant, quasi Dominus dicat, illa corpus meum declarant designantque, vel figurant aut adumbrant corpus meum, aut si (vt de quibusdam refertur) eò amentia atque audacia fuerint progressi, vt etiam ipsa Christi verba in consecratione cœnæ dominicæ mutare, pro eo quod ille dixit, Hoc est corpus meum, non fuerint veriti dicere, Hic panis meus, aut denique si eadem prorsus omittere non dubitarint (vt de quibusdam narratur) qui sic enunciauit: Accipite, comedite, hoc facite in mei commemorationem, certè non verbum Dei sed diaboli censendum erit.

Iam quid dicam de Lutheranis, qui affirmant substantiã panis & vini manere in Eucharistię sacramêto, vnà cū veritate corporis et sanguinis Chri? Nūqd sic intelligentes verba Chri, existimandi sunt habere verbū dei, hoc est, verã eorū intelligentiã? Haudquaquã. Non sunt ergo

**Luthera-
ni.**

IOANN. SLOT. GEF.

ergo verbum Dei, sed diaboli. At si panem conuerti in corpus, & vinum in sanguinem Christi, neque facta consecratione, vllam ibi substantiam panis & vini remanere, & cum ecclesia catholica transubstantiationem panis in corpus, & vini in sanguinem crediderint (Christus enim non dixit, Hic est panis meus, neque cum pane est corpus meum, sed, hoc est corpus meum. Neque dixit: Hoc est sanguis meus, aut cum hoc vino est sanguis meus, sed, hic est sanguis meus) iam erit verbum Dei. Sed de his prolixius in libro disputationum nostrarum aduersus hæreticos, & præcipuè contra Velsium. Rapiunt pro communionem vtriusque speciei illa verba Christi, quæ in vltima cœna dixit Apostolis dum calicem eis porrigeret: Bibite ex hoc omnes. Quæ si intelligere velint, ex eis colligere ac definire omnes, etiam laicos communicantes, adstringi ex præcepto Domini, ad suscipiendam Eucharistiam sub vtraque specie, quia sensum non habent, quo ea protulit Christus, verbum non sunt domini,

Bibite ex
hoc omnes.

DE
mini, sed
ba Chr
fa ab eo,
ligere co
gamus.
ambigit
ram mag
catholic
mus pro
autem r
cesse est,
vt quibu
leamus.
lis dicta
duntaxa
ne persp
cœnam c
re autem
decim d
xit cap 1
cum du
22. Cum
buit, &
Quid pe
ad hos c
enumerat

F. DE VERO VERBO DEI. 283

mini, sed diaboli. Cōcedimus enim verba Christi, verum eo sensu ea esse exp̄f̄sa ab eo, quem ex eo loco aduersarij colligere conatur, hoc est, q̄p̄ constanter negamus. Non ergo hic de scriptura illa ambigitur, sed de intelligentia. Scripturam magis reuerēter amplectimur, nos catholici, quā aduersarij, & dimicamus pro eiusdem vera intelligentia. Si autem rectē ea intelligere volumus, necesse est, vt quæ præcesserūt, videamus, vt quibus ea dicta sint, cognoscere valeamus. Intelligimus ergo ea verba, solis dicta esse Apostolis duodecim, ibi duntaxat cum Christo præsentibus. Nōne perspicuē Matheus cum dominicā cēnam describeret, dixit cap. 26. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis. Quod & Marcus dixit cap 14. Vespere autem facto, venit cum duodecim. Et similiter Lucas ca. 22. Cum (inquit) facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Quid perspicuē magis dici potest? quin ad hos duodecim, quos ita diligenter enumerant Euangelistæ memorati, dicitur

o Etum

IOANN. SLOT. GEF.

Etum sit tantummodo, bibite ex eo omnes. De quo dubitatum fuit nunquam. Nam & Marcus eos hoc fecisse scribit, quod biberint videlicet ex eo omnes. Iussit ergo Christus bibere duodecim apostolos, qui tum duntaxat praesentes erant, qui etiam omnes biberunt. Si ergo huc sensum inde colligimus, ut quibus hoc dictum est apostolis & eorum successoribus. Episcopis & sacerdotibus, non licere putemus, aut conficere, aut offerre, aut oblatione facta Christi corpus & sanguinem sumere, nisi sub utraque specie, Dei est verbum, quod reuerenter amplectimur. Nam Christus sic instituit, sancta Catholica & apostolica ecclesia semper observavit, neque faciet unquam ut istud Christi mutet institutum. Quod autem aduersarij claris verbis Christi caliginem quadam offundere conantur, & quod ad omnes Apostolos solum dictum est, id de Christianis omnibus dictum intelligi velint, quasi sic esset praecipitum omnibus etiam laicis, de calice sanguinem Domini bibere, ut nisi facerent, de salute sua periclitarentur, non verbum Domini, sed diaboli creden-

DE
creder
ta conc
sis inte
vnanim
cessitat
dñi bib
diabol
charisti
referre
rissimu
ctis Co
ce sume
à Chris
fendit,
get, ut f
nes, se
seruant
malè e
diunt B
non pr
secund
etiam
ximè i
comm
ba Chr
sunt, to

F.
ex eo o-
inquam.
e scribit,
omnes.
uodecim
præsentes
unt. Si er-
us, vt qui-
& eorum
rdotibus,
ficere, aut
Christi cor-
i sub vtra-
quod reue-
istus sic in
apostolica
q; faciet vn-
utū. Quòd
Christi cali-
ntur, & qd
ctum est, id
ctū intelli-
otū oībus e-
né Dñi bibe-
e sua pericli-
sed diaboli
creden-

DE VERO VERBO DEI. 284

credendum est esse. Nā de hac re decreta conciliorū Constantiensis & Basiliensis intercesserunt, in quibus ab oībus vnanimiter definitū est, nō esse de necessitate salutis, vt de calice sanguinem dñi bibant oēs Christiani. Non laborat diabolus de altera vel vtraq; specie Eucharistiæ sumēda, nouit nihil ad salutē referre, vtatur quis calice nec ne, scit verissimum esse quod à patribus in prædictis Concilijs decretū est, nihil de calice sumendo tanq̄ ad salutē necessarium à Christo præceptū esse, nihil eum offendit, quòd sub vna specie, nec hoc vrget, vt sub duplici communicent homines, sed vt contra ordinationem & obseruantiam Ecclesiæ faciant homines, malè eum habet, quòd sunt qui obediunt Ecclesiæ, & cōmunionē (nā aliàs non proficit cōmunicatibus ad salutē) secundum ordinationem & obseruantiam Ecclesiæ accipiunt, vnde maximè instat & vrget, ne hoc modo communicetur. Vnde quicunque verba Christi, quæ solis Apostolis dicta sunt, torquent ad omnes etiam laicos,

o 2 ficque

IOANN. SLOT. GEF.

sicque ea intelligenda esse vociferantur, quoniam perperam ea intelligunt, verba sunt diaboli, per suos ministros ea contra Ecclesiasticam intelligentiam malè exponentis. Proferuntur & alia scripturæ. Scriptum est enim omnibus Christi fidelibus: Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Et rursus: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo. Et iterum: Redemisti nos in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua, et populo, & natione, & fecisti nos deo nostro regnū & sacerdotes, & regnabimus super terram. Sancta quidē sunt hæc scripturæ verba, quibus nihil est certius, nihil est verius, si rectè intelligantur. Si enim hoc ex illis colligunt, ut ex æquo omnes sint sacerdotes hierarchici, æquè omnes baptizare, æquè prædicare, æquè absoluere, sacris operari, et quocūq; alio reconciliationis ministerio æquè uti posse, viros, mulieres, pueros, ut pontificè quævis, aut sacerdotè, quæ non videt diaboli esse commentum,

Non omnes esse sacerdotes.

1. Pet. 2.

Apoc. 1

Apoc. 1.

DE
mentū,
cū huius
deorsum
in hoc t
omnes,
possit, v
cepit, or
dinem f
scriptur
Petrum
care vol
baptism
nus elect
Iudeos
mino: Ve
tale & ge
gis glori
dum car
gati, qui
cū in Ch
dos fuit f
dech, & r
& saluos
illius sac
quæ per la
ri eius su

mentū, satanæ esse verbum, qui diuina
 cū humanis confundere, qui sursum et
 deorsum miscere conatur omnia, qui
 in hoc totus est, & curas suas absomit
 omnes, vt ex ecclesia ordinem tollere
 possit, vt non sit illud quod Paulus præ
 cepit, omnia honestè & secundum or- 1. Cor. 14
 dinem fiant in vobis. Porrò si ex istis
 scripturis sentias, spiritum sanctum per
 Petrum & Ioannem hoc velle ac signifi-
 care voluisse, Christianos Christo per
 baptismum insitos, rectius vocari ge-
 nus electum & regale sacerdotium, quā
 Iudeos (quibus olim dictum erat à do-
 mino: Vos eritis mihi regnum sacerdo-
 tale & gens sancta) qui non aliunde ma-
 gis gloriari solebant, quā quòd secū- Exod. 19.
 dum carnem ex Abraham essent propa-
 gati, qui neque rex fuit, neq; sacerdos,
 cū in Christum credentes, qui & sacer- Psal. 109
 dos fuit secundum ordinem Melchise-
 dech, & rex dictus est, māsuetus, iustus,
 & saluos faciens, multo rectius id nob.
 illius sacerdotis & regis membra facti,
 qñ per lauachrū regenerationis corpo-
 ri eius sumus insiti, vëdicare possimus,

De sacrificio missæ.

Heb. 9.

Heb. 10.

Ita enim intellecta, quemadmodum & patres intellexerunt, verè verbū sunt Domini. Profertur ab eisdem alia quæ scriptura, aduersus augustissimum missæ sacrificium ex epistola Pauli ad Hebræos, in qua dicit: Christus a suis pontifex futurorum bonorū, per proprium sanguinē introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Et iterum: Non in manufactis sanctis, introiuit Iesus exemplaria verorum, sed in ipsum celū, vt appareat vultui Dei pro nobis. Neq; vt sæpe offerat semetipsum quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno (alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi) nunc autem semel in consummatione seculorū, ad destitutionē peccati, p̄ hostiā suā apparuit. Et quæadmodū est hominibus semel mori, post hoc aut̄ iudiciū, sic & Christus semel oblatus est, ad multorū exhaurienda peccata. Et in sequenti capite: Christus (inquit) vnā pro peccatis offerēs hostiā, in sempiternum sedet in dextera dei de cætero expectās, donec ponantur

DE
ponan
ius. V
ternu
ba, q̄ c
luerin
sacri
tatio c
tificē
ceps i
existi
tes fue
Nō. n.
(quo
quā si
modū
Sed e
vt affi
ento
ara cr
tionis
fo mo
quod
latio
cessar
nus h
omne

ponantur inimici eius scabellū pedū eius. Vna. n. oblatione confirmavit, inæternū sanctificatos. Hæc scripturæ verba, q̄ certissima sunt, si interpretari voluerint, vt incruentum illud missæ sacrificiū (in quo fit memoria & representatio cruenti illius per Christū verū pōtificē nostrū semel pacti sacrificij) deinceps in Ecclesia haud quā celebrādū existimēt, verbū est diaboli, q̄ p̄ satellites suos, hoc psuadere conatur populo. Antichristi præcursores. Nō. n. pōt esse verbū Dei. Nā spiritus S. (quo suggerēte Paulus hæc scripsit) nūquā sic ea verba intelligi voluit, quēadmodū ex patribus alibi demōstrauim⁹. Sed ea est intelligentia verborū Pauli, vt affirmet visibiliter & sensibiliter cruento modo, semel tm̄ Christi corpus in ara crucis oblatū fuisse, eo genere oblationis, quo inspectante populo vniuerso mortē p̄ nob. oppetere dignatus est quodq̄; deinceps eiusdē generis alia oblatio expectanda non sit: non enim necessaria erat, quia ad redimendum genus humanū vniuersum ad abluendos omnes à peccatis, ad iustificandos om-

In li. disp. aduersus hæreticos

F.
modum &
verbū sunt
n alia quo-
stissimum
a Pauli ad
tus asistēs
i, per pro-
mel in san-
enta. Eti-
ntis, intro-
um, sed in
ui Dei pro
emetipsum
trat in san-
guine alie
n frequen-
unc autem
eculorū, ad
ā suā appa-
minibus se-
diciū, sic &
ad multorū
sequenti ca-
pro peccatis
um sedet in
ectās, donec
ponantur

IOANN. SLO. GEF.

Rom. 6

nes vna illa hostia abundè sufficit. Sed nec poterat. Quia Christus resurgēs ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Hoc modo intellecta verba Pauli, verbi Dei nomenclaturam sortiuntur. Adducunt pro suo no imputato peccato illud spalmistę dicentis: Beati quorū remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui nō imputauit dñs peccatū, nec est in spū eius dolus. Quòd si hisce verbis intelligant sanctum illū regem & prophetam exprimere voluisse, beatū eum esse, in quo peccatum sic deletur, vt eius etiam omnis memoria, prorsus extinguatur, quasi nunquam admisum fuisset, secundum illud ezechielis: Omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor, verba erunt Dei. Sin autem eo sensu Dauid hæc verba loquutum fuisse dicant, vt peccatum, quod veri peccati rationem habet, quodque sempiternæ mortis reum facit hominem, sic remitti, vt non sit, sed vt non imputetur, longè dicimus abfuisse ab hac sententia sanctissimum

psal. 31.

Ezechi. 18

peccatum
non imputari, quò
fit verum,

ctissimum prophetam, & idcirco non esse verbum Dei, sed Diaboli, qui per suos ministros miro quodam artificio, omnia Christi beneficia, non obscurare modò, verùm etiam ex omni hominũ memoria delere, & sempiterna quadam obliuione conatur obruere. Sed aduertant obsecro, diaboli alumni quomodo inter se pugnantia dicant: vt vel hoc euidentis sit iudicium, se non à spiritu sancto, qui spiritus est vnitatis & cõsensionis, sed à spiritu satanico agitari, ac illius verbum sequi. Dominus dicit per Esaiam: Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret. Et Sapiens dicit: Similiter odio sunt deo, impius & impietas eius. Si hæc vera sunt, vt utiq; sunt, quomodo fieri potest vt nõ imputet, quod odio habet, cùm ipsum etiam imputatiõnis verbum, odium quoddam significare videatur? Ea propter explodenda prorsus est ista doctrina, de manente quidem in nobis, sed non imputato peccato, quia pugnat cum verbo dei, qui non

Aduersarii inter se pugnantia dicunt

Esa. 59

Sapi 14

o s dixit

EF.
ecit. Sed
urgēs ex
rs illi vl-
odo intel
omencla-
t pro suo
almistē di
nt iniqui
ccata. Be-
peccatū,
d si hisce
lū regem
uisse, bea-
n sic dele-
oria, pror
am admis
zechielis:
s operatus
runt Dei.
hæc verba
peccatum,
m habet,
rtis reum
i, vt non
r, longè
tentia fan-
ctissimum

IOANN. SLOT. GEF.

Isa. 43.

Ioan. 1.

De fictitia
& excogita-
ta iusti-
tia impu-
tatiua ad-
uersario-
rum.

dixit per Esaiam prophetam: Ego sum
qui non imputo, sed ego sū ipse qui de-
leo iniquitates tuas propter me, & pec-
catorum tuorum non recordabor. Pu-
gnat cum Dei spiritu qui loquitur de
Christo: Ecce agnus dei, ecce qui tollit
peccata mundi. Qui tollit (inquit) non
qui imputat. Cum itaq; pugnet cū Dei
verbo & spiritu, nōne censebitur ver-
bum esse diaboli? Nec minus pugnat cū
verbo dei, quōd quandā excogitant ac
fingunt, imputatiuam iustitiam, nequa
quam nobis inherētem, q̄ proculdubio
commētus est Satanas, vt homines verā
iustitiā p̄sus faceret expertes. Nos ve-
rō de iustitia, Christo potius & Apосто-
lis eius fidem habeamus, q̄ verē nos san-
ctos, verē liberos, verē iustos esse consti-
tutos, ac filios dei, non modo noīari, ve-
rum etiam esse dixerunt, q̄ aduersarijs,
qui dum imputatiuam hanc iustitiā ad-
struere conātur, p̄prium suum axioma
falsum esse demōstrant, q̄ in scripturis
oīa continentur ad salutem necessaria,
quodq; prāter eas nihil credi, nihilq; re-
cipi oporteat. Nam certē, non verē nos
esse iustos, sed imputatiuē, vel nō esse iu-

DI
stos, se
quate
fidem
Cano
stition
dñs pe
putar
script
q̄. No
Huic
ad ren
necess
la hāc
positi
esse q
dit se
cation
renat
credē
nator
rantia
dam &
in scr
illis p
vel an
serua
occul

stos, sed pro iustis imputatione haberi, quatenus Christi iustitiam per fidē pos-
sidemus, nō est scriptū vsq̄ in scripturis
Canonicis. Reputari nobis fidem ad iu-
stitiam, beatum esse cui non imputauit
dñs peccatum, propter Christum, nō re-
putari nobis delicta nostra, legimus in
scripturis, imputatiuā aut iustitiam nus-
q̄. Non est ergo verbū dei, sed diaboli.

Huic simile est q̄ docent, omni homini
ad remissionē peccatorū consequēdam
necessariū esse, vt credat certō & absq; vl-
la h̄sitatiōe ppriæ infirmitatis & indis-
positionis, peccata sibi esse dimissa, nec
esse quenq; verē iustificatū, nisi qui cre-
dit se iustificatū, & hac sola fide iustifi-
cationē & absolutionem pfici, hominē
renatū & iustificatū, teneri ex fide ad
credēdū, se certō esse in numero p̄desti-
natorū, & in finē vsq; magnū illud pseue-
rantix donum habiturū, absoluta qua-
dam & infallibili certitudine. Hæc vbi
in scripturis reperiunt? Quin aduersant
illis poti⁹. Nescit homo (inqt) vtrū odio
vel amore dign⁹ sit, sed oīa in futura re-
seruant incerta. Delicta q̄s intelligit? ab
occultis meis mūdame. quis pōt dicere,

*De inani
fiducia re-
missionis
peccato-
rum, & fu-
turæ salu-
tis.*

Ecclesi

psal. 10

IOAN. SLO. GEF.

Prou 20
Ioc 9
2. Cor. 4
Eccles. 5

Philip. 2
Prou. 28.
Eccles. 1

De libero
arbitrio.

Isa. 26.

mundum est cor meum, purus sum a peccato? Verebar omnia opera mea (inquit S. Iob) sciens quod non parceres delinquenti. Et Paulus ait: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. De propitiato peccato (ait ille) noli esse sine metu. Ne dicas: Misericordia domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatum respicit ira illius. Cumque metu & tremore (inquit Paulus) salutem vestram operemini. Beatus homo qui semper est pauidus, inquit Salomon. Qui sine timore est, non poterit iustificari, ait Ecclesiasticus. Sed non presentis instituti, plura adferre hoc axioma testimonia, satis est enim paucis demonstrasse, pugnare cum sacris literis, & euidens sit, non esse verbum domini, sed diaboli, qui cum hac inani fiducia, demergere conatur homines ad æterna gehennæ supplicia. Proferuntur scripturæ ex Psalmo. 36. Apud dominum gressus hominis dirigitur, & viam eius olet. Et ex Esaia: Omnia opera nostra operatus

es

D
es in
ba, n
pian
in bo
nu fab
ita de
denti
dei, fe
am ad
duxif
Deum
& affi
magis
bis op
dicant
crimi
gulatu
prium
aut Iu
cation
lentiu
re, quæ
nè agē
proui
nam o
nem e

DE VERO VERBO DEI 289

es in nobis. Aperta sunt scripturæ verba, nihilq; illis est certius. Sed si ita accipiantur, vt dicant hominem nihilo plus in bona agere, quàm agat securis in manu fabri, aut lutum in manu figuli, atq; ita deum per filium suum, legem in creditibus implere, nihil vt agant ipsi, nõ dei, sed verbum est diaboli, qui eos etiam ad ea blasphemiarum portenta deduxisse tandem videtur, vt solùm bonũ Deum, etiam malorum autorem faciãt, & affirmant impudenter, neque bona magis, quàm etiam in opera mala in nobis operari, quòd haud aliter se habere dicant facinorosos, ad ea quæ patrant crimina, quam se habet gladius quo iugulatur proximus. Neque minus esse proprium opus dei, Dauidis adulterium, aut Iudæ proditionem, quàm Pauli vocationem? potuit ne dici aliquid pestilentius? Quid autem est aliud hoc docere, quàm omnem ordinem, omnem benè agèdi curam, omnem sollicitudinem prouidentiam ac industriam, & disciplinam omnem euertere, omnem religionem ex mortalium animis, radicitus euellere,

us sum a
mea (in-
ceres de-
mihi con-
catus sũ.
noli esse
dia domi
catorum
ordia em
& in pec-
que metu
item ve-
o qui sem
on. Qui
ustificari,
esentis in
ma testi-
monstraf
& euides
ed diabo-
demerge-
gehenne
pturæ ex
ressus ho-
olet. Et
operatus
es

IOANN. SLOT. GEF.

uellere, deniq; vitam humanam ab hominibus velle proscriptam, & pro illa introductam, pecuniam quandam, securitatem, ac feralem licentiam? Ad quid ergo leges? quorsum magistratus & principes? cur bonis premia, malis constituta sunt supplicia? Deniq; quorsum etiam istud pertinet, quod deus mercedem regni caelestis pijs promittit, gehennae vero poenas impijs comminatur, si omnia siue bona, siue mala, sine nobis operatur in nobis? si absoluta necessitate & ineuitabili, patimur magis, quam agimus, aut velut ferrae quaedam, ab illo acti agimus? Si autem in hunc modum has scripturas accipiamus, ut intelligamus, omnia opera nostra operari in nobis deum, operari & velle & perficere, operari omnia in omnibus, quemadmodum fessor agit equum, & non quemadmodum faber agit ferram, verbum dei habes. Operatur siquidem in nobis deus, verum non otiosus nobis, sed ipsis etiam & voluntate & conatum adhibentibus, quantum ut velimus sine nobis operatur, ut ait Aug. Ab ipso enim praeparatur voluntas nostra, cum volumus, & sic volumus ut faciamus, nobiscum

In lib de
Gram. &
lib. arb ca.
13.

biscum cooperatur, sine illo tamen, vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera, nihil valemus. Veruntamen certum est, nos facere cum facimus, quamuis ille faciat, ut faciamus, præbendo vires efficiacissimas voluntati, qui dixit: faciam ut in iustificationibus meis ambulatis, & iudicia mea obseruetis & faciatis ea. Cum dicit (inquit Augst.) faciam ut faciatis, quid aliud dicit: nisi auferam à vobis cor lapideum, vnde non faciebatis, & dabo cor carneum, vnde faciatis? Et hoc quid est? nisi auferam cor durum, vnde non faciebatis, & dabo cor obediens, vnde faciatis. Ille facit ut faciamus, cui dicit homo: Pone domine custodiā ori meo. Quod beneficium dei iam fuerat consecutus, qui dixit: Posui custodiā ori meo. Quomodo autem deus omnia operetur in nobis, & velle & perficere, & quod placeat coram se, non tamen sine nobis sanctissimus apostolus Paulus declarat dicens: Abundantius omnibus laboravi, sed ne sibi suæque virtuti bona tribuere videretur, quod per ipsum deus operatus

Ezech. 36.

Vbi sup. c.

26.

Psal. 140.

Psal. 38.

1. Cor. 13

IOAN. SLOT. GEF.

tus fuerat, subiunxit euestigio & ait:
Non ego autem, sed gratia Dei mecum.
Quando dicit: Non ego &c. non ita
accipiendum est, quasi dicere volue-
rit, se nihil laborasse, nihilque pror-
sus operatum esse, sed quia minus erat,
maluit dicere mecum, præsumens se nõ
solùm operis esse ministrũ per effectũ,
sed operãtis quodammodo socium per
consensum. Ac si diceret: Abundantius
laboravi, non ego, sed & ego, in eo em̃
quòd solo dei dono præuentus sum, nõ
ego, in eo autem quòd domini volun-
tate subsecutus sum, & ego. Non itaque
adiecisset, & gratia dei mecum, si præ-
ueniente gratia, subsequens liberum
arbitrium non habuisset. Obijcitur no-
bis aduersus Sanctorum inuocationem
sacra scriptura. Scriptum est inquit:
Gloriam meam alteri non dabo. Et ite-
rum: Soli deo honor & gloria. Et Domi-
num deum tuũ adorabis, & illi soli ser-
uies. Si has scripturas ita intelligas, vt af-
feras, eos impiè facere, qui contra hæc
dei verba, tam clara & manifesta, colunt
Sanctos cum Christo regnantes, cultu
illis

De cultu
Sanctorũ.

Esa 42.
1. Tim. 1
Deut. 6.
Matt 4

DE
illis non
bũ dei,
intelligi
scripta f
sed de e
sunt int
tur. Si vi
eruere v
norem, e
ptura. G
omni op
& Græc
narum a
mentem
bi obuia
Iudith F
Barfabe
donosor
Iosue, an
ne sanct
idololat
bi contr
cum dix
gloria, d
operant
dei, nõ c

illis non incongruo, non es affecutus verbum dei, sed quia minus bene scripturas intelligis, diaboli. Non enim quia ista scripta sunt, vlla est nobis dubitatio, sed de eo quemadmodum quæ scripta sunt intelligere oporteat controuertitur. Si vis ergo ex his scripturis, verum eruere verbum dei, disce gloriam & honorem, etiam hominibus tribui in scriptura. Gloria & honor (inquit Paulus) Rom 26
 omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco, non enim est acceptio personarum apud deum. Reuoca quoque ad mentem, quod Iacob adorauit septies sibi obuiatam fratrem suum Esau, quod Iudith Holofernem, quod Nathan, & Barfabeæ, regem David, quod Nabuchodonosor Danielem, quod Abraham & Iosue, angelos adorauerunt. Audebis ne sanctos hos patriarchas & prophetas idololatrias pronunciare, aut Paulum sibi contraria loquutum affirmare? Qui cum dixerit vno loco, soli deo honor & gloria, dixit alio, gloria & honor omni operanti bonum. Non igitur de verbo dei, non de scriptura controuertitur in-

Rom 26

Genes. 32

Iudith 109

3. Reg. 3

Dan. 2

Genes. 19

Iosua 56

IOANN. SLOT. GEF.

Cultus duplex,

ter nos, sed de eo quemadmodū quod scriptum est, intelligi oporteat. Distingue ergo duplicem cultum, siue adorationem, siue seruitutem, & plurimum lucis scripturis his attulisti, vt verbum dei ex eis haurias. Dic esse cultum patrię vnū, alterum duliæ. Patrię adorationē soli deo deberi dulię, etiam hominibus rectē tribui. Duliæ cultum, seruitutem ac honorem, Paulum hominibus præstari voluisse, patrię verò nequaquam.

De traditionibus,

Ezech. 20,

Matt. 23

Detorquent aduersus traditiones apostolicas & ecclesiasticas, vt eas abolent, scripturam, & dicunt: Scriptum est: In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiat. Et illud: Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Si has scripturas ita intelligunt, vt earū authoritate, traditiones omnes humanas reijciendas putent, procul sunt à verbo dei, sed amplexantur verbum diabolici. Et quidem quantum spectat ad id quod ex Ezechiele adferunt, vide quæso, quam ridiculos & ineptos semetipsos ostendunt, dum hæc adducunt,

cunt, ad pios maiorum nostrorum cultus euertendos, quos constat in fide & confessione CHRISTI nominis, ex hac vita migrasse. Propheta enim non loquitur de præceptis patrum pijs, & iudicijs iustis, sed patrum Iudæorum (qui bus loquitur) impia præcepta, & iudicia iniusta redarguit, & hortatur ne in præceptis illorum incedant. Sed quid hæc ad nos? Libenter non tam in patrum, quàm in auorum, proauorum, at-tauorum incedimus præceptis, donec tandem ad eos perueniamus, qui plusquam mille & quingentis annis, eadem qua nos ratione Christum coluerunt, eiusque colendi rationem partim scripto, partim ad nos traditionibus transmiserunt. Sed audi tu gens acephala, an non tuis filijs hæc obijci possint rectius & verius? Dicimus illis optimo iure: In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, quoniam non solum pugnant cum Traditionibus Apostolicis, & Ecclesiasticis, quas patres eorum summo conamine abrogare contédunt, vt suam statuât impietatē, sed etiã cum

IOAN. SLOT. GEF.

scripturis sacris. Porrò quare filijs tuis
ô gens perfida hæc potius exprobramus,
quàm tibi? Quoniam liberi tui, nõ in ali-
orum, quàm in patrum suorum præcep-
tis incedunt. Alios enim non habent pa-
tres, quàm à quibus vixdum ante qua-
draginta annos geniti sunt. Quos enim
avos & proavos, numerare possunt, nisi
condemnatos hæreticos, Ioannẽ VVi-
cleffum, Ioannem Hus, & Hieronimum
Pragensem? nisi fortè non habent sua
quoq; præcepta, non habet suas quoq;
constitutiones. Porrò quantum ad aliã
scripturã attinet, dicimus Christum de
eo traditionum genere ibi loqui, quod
aut leue, profus est ac inutile, nec ad cul-
tum dei quicquam facit, quale fuit, non
lotis manibus mâducare, de qua re tum
sermo fuerat, aut quòd dei præceptis pa-
lam aduersaret, quale fuit, cuius in eo-
dem loco Christus meminit: Quicumq;
dixerit patri aut matri, munus quodcun-
q; est ex me tibi proderit &c, quibus ver-
bis hoc significare velle videbantur, in
templo munus offerre, fatius esse, quàm
necessitati parentum subuenire. Quòd
præcepto

DE VERO VERBO DEI 293

præcepto de honorandis parentibus apertè aduersabatur. Traditiones autem Apostolicæ ac Ecclesiasticæ, nō sunt leues, aut inutiles, aut cum verbo dei pugnantes, sed ad cultum dei pmouendū plurimum facere videntur. Hæc ideo latius plixiusq; diuersarum scripturarū exemplis psequuti sumus, vt omnibus planum faceremus, non esse statim tanquam verbum dei recipiendum, quicquid è scripturis, in prauum aliquè sensum detortum profertur, quia vt antea ex Hilario & Hierony. citauimus, scripturæ non in legendo, sed intelligendo consistunt, & de intelligentia hæresis, non de scriptura est, & sensus nō sermo fit crimen. Scripturam produxit cōtra Christum, tentator satanas: Angelis (in *Matt. 4* quit) suis mandauit de te, vt custodiant *Psal. 90* te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedē tuum. Sed quo sensu, ipse eam adduxit, non dei, sed ipsius fuit satanę verbum, qui se transfigurat in angelum lucis, vt non magnum sit, si ministri eius, transfigurentur velut ministri iustitiæ,

IOANN. SLOT. GEF.

1. Cor. 14

In lib. ad-
uersus pro-
phanas he-
reses, nouita-
tes,

nec mirandum si fuerint semper & sunt etiam nunc pseudoapostoli & operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi, qui Dei verbum sic sibi solis arrogat, vt reliquos Christianos eius possessione propemodum excludant. Sed an à vobis (inquit Paulus) dei verbum processit, aut in vos solos peruenit? Certè ipsas scripturas, non aliunde quàm à nobis, à quibus discesserunt, acceperunt, quas nos reuerenter omnes recipimus, sed illi, quoniam non authoritati scripturarum subijci volunt ad fidem, sed sibi scripturas subijcere conantur, non recipiunt in illis, nisi quod suis dogmatibus commodum est. Ergo (inquit Vincentius Lirinensis, secundum Apostoli Pauli magisterium, quotienscunque vel pseudoapostoli, vel pseudo prophetæ, vel pseudodoctores, diuinæ legis sententias proferunt, quibus male interpretatis, errores suos conentur adstruere, non dubium est, quin autoris sui (diabolum intelligit) callida machinamenta sectentur, que ille

D
ille n
sciret
dum
farij
tia, il
datur
torita
proba
plis, v
gnop
tende
Euan
quan
pheti
licam
eos lo
cut tu
mem
scilic
perfi
osis
Hæc
tur
cos, n
ctian

DE VERO VERBO DEI 294

ille nunquam comminisceretur, nisi sciret omnino nullam esse, ad fallendum faciliorem viam, quàm ut ubi nefarij erroris, subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum verborum prætentatur authoritas. Deinde ubi per auctoritatem iam paulò ante citatam comprobasset, diabolus sacræ legis exemplis, uti solere, subinfert dicens: *Magnopere nobis doctrina loci istius attendenda, atque retinenda est, ut tanto Euangelicæ authoritatis exemplo, quando aliquos Apostolica, seu prophetica verba proferre contra catholicam fidem viderimus, Diabolus per eos loqui minimè dubitemus. Nam sicut tunc caput capiti, ita nunc quoque membra membris loquuntur, membra scilicet Diaboli, membris CHRISTI, perfidi fidelibus, sacrilegi religiosi, hæretici postremò catholicis. Hæc ille. Porrò si Diabolus loquitur per pseudodoctores & hæreticos, meritò diximus verbum eorum etiam in sacrarum scripturarum (quas*

Matt 4

Diabolus loquitur per hæreticos.

P 4 perpe

IOAN. SLOT. GEF.

perperam intelligunt) prolatione, esse
 verbum diaboli. Sed iterum audiamus
 Vincetiū Lirinensem: Sed dicit aliquis
 inquit: Si diuinis eloquijs, sententijs, p
 missionibus, & diabolus & discipuli
 ius vtuntur, quorum alij sunt pseudo
 postoli, alij pseudoprophetae & pseu
 do magistri, & omnes ex toto haeretici,
 quid facient catholici homines, & ma
 tris Ecclesiae filij? quonam modo in scri
 pturis sanctis, veritatē à falsitate discer
 nent? Hoc scilicet facere magnopere cu
 rabūt, vt diuinum canonem, secundum
 vniuersalis Ecclesiae traditiones, & iux
 ta catholici dogmatis regulas interpre
 tentur, in qua item catholicae apostoli
 caeque Ecclesiae, sequatur necesse est vni
 uersitatem, antiquitatem, consensionē,
 de quibus multa habet in eodem verè au
 reo libello suo, multis verbis fermè à
 principio docens fidem catholicam cō
 stare, vniuersitate, Antiquitate, Cōsen
 sione. Vbi etiam satisfacit questioni, quā
 ipse sibi pponit dicens: Quum sit perse
 ctus scripturarum canō, sibi que; ad oīa sa
 tis superque; sufficiat, quid opus est vt ei
 Eccle-

DE
 Eccle
 torita
 ptura
 non v
 piunt
 aliter
 pene
 tentia
 illam
 ter D
 nomi
 Apoll
 anus,
 mò N
 cesse
 ris an
 ca int
 clesia
 rigatu
 Eccle
 reijci
 non e
 tholi
 sum a
 ferun
 scrip

Ecclesiasticæ intelligentiæ iungatur autoritas? Respondet: Quia videlicet scripturam sacram, pro ipsa sui altitudine, non vno eodemque sensu, vniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia, aliter atque aliter, alius atque alius interpretatur, vt pene quot homines sunt, tot illinc sententiæ erui posse videantur. Aliter nãq; illam Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arrius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius, aliter postremò Nestorius. Atqui idcirco multum necesse est, propter tantos tam varij erroris anfractus, vt propheticæ & apostolicæ interpretationis linea, secundum Ecclesiasticæ & catholici sensus normã dirigatur. hæc ille. Quoniam itaque hanc Ecclesiasticæ intelligentiæ autoritatem reijciunt aduersarij, & scripturæ verbis non eum qui omnium, qui Ecclesiæ catholicæ est, quem eundem esse Dei sensum ambigere nõ debemus, sed suum adferunt, non verbum Dei, productione scripturarum, sed proferunt diaboli, qui

IOANN. SLOT. GEF

licet scripturarum testimonia recitaue-
 rit, non tamen veritatem loquutus est,
 quia de suo loquutus est. Ecclesie ca-
 tholicæ sensus sequendus est, quia quis
 quis de suo loquitur, mendacium lo-
 quitur: qui autem contra sensum Eccle-
 siæ, & illius consensum loquitur, de
 suo loquitur, nec dubium quin dia-
 bolus per os illius loquatur. Qui e-
 nim consentienti totius ecclesie (quam
 scriptura prædicat esse colūnam & fir-
 mamentum veritatis, & contestatur
 omnem eum habendum tanquam eth-
 nicum & publicanum, qui eam non
 audierit) voci nõ adhæserit, eiq; nõ o-
 bedierit, sed è scripturis ad peruersum
 sensum detortis, aduersus ecclesiasticæ
 intelligentiæ autoritatē, aliqd protu-
 lerit, ex quarū praua interpretatione,
 hæreses oēs natas esse cõstat, ipsius dia-
 boli propriū, non dei verbum fuerit.
 Teneamus igitur illam, quæ firmamen-
 tū est, & colūna veritatis, neq; cuiusq;
 authoritate nos ab ea auelli patiamur,
 quamlibet is doctus, & sanctus videat-
 ur, quamlibet etiam multa sacrarum
 lite-

1. Tim. 3.
 Matt. 18

DI
 litera
 do, se
 est ve
 est ec
 test q
 clesia
 charta
 teræ f
 consc
 ipsa sa
 extra
 potest
 lo Ap
 dimu
 cræ se
 est ve
 tellec
 secun
 quo &
 Cælur
 mea n
 Cæter
 gendo
 intell
 ra, qu
 quod

DE VERO VERBO DEI 296

literarū proferat oracula, q̄ non in legē do, sed in intelligendo cōsistunt. Non est verbum Dei, vbi nō est ecclesia, nec est ecclesia vbi non est verbum Dei. Potest quidem haberi scriptura extra Ecclesiam, extra quam pelles haberi siue chartæ possunt, item atramentum & literæ siue characteres, quibus scriptura conscripta est, haberi possunt, cæterum ipsa sacrarum literarum intelligentia, extra ecclesiā non habetur, nec haberi potest. Hinc est q̄ habemus in Symbolo Apostolorū articulū fidei, quo credimus sanctā ecclesiam, in qua sunt sacræ scripturæ, & verbū Dei, quia in ea est verus & sanus scripturæ sanctæ intellectus, est ergo verū verbū dei, quod secundū prophetā, manet in æternū, de quo & dominus loquitur in Euangelio: Cælum & terra transibunt, verba autē mea non transibunt.

Cæterum quoniam scripturæ non in legendo, sed intelligendo consistūt, & de intelligentia hæresis est, nō de scriptura, quoniam non cōtinuè est verbū dei quod profertur ex scriptura perperam intel-

Esa. 40.
Luc. 21.

IOAN. SLO. GEF.

Hæretici
& hæresis
idola sunt

intellectum, aut ad prauum sensum detortum, sed verbum diaboli, qui per os hæreticorum loquitur, quemadmodum abundè monstratum est, iam tu mihi hic considera, an non hæretici omnes, qui non Dei verbum, sed diaboli habent, & illud contra receptam Ecclesiæ doctrinam pro Dei verbo misellis hominibus obtrudunt tanquam Dei verbum amplecti & adorari iubent, idola quædã sunt? Coli enim volunt sua phantasmata, quæ ipsi sibi confinxerunt, & verbum Dei esse dicunt, quod ipsi sentiunt, & coli volunt ab alijs tanquã idola. Hinc fit, vt cum vnaquæq; secta, suum verbum dei esse verbum iactitet, vt tot deos habeant, quot sunt hæresiarum, quos iam videmus, non solum neglectis, sed & contemptis sanctorum patrum scriptis, non aliud ferè, quàm ex impurissimi alicuius hæretici libris, hereses suas confirmare, nec minore autoritate, quæ ab illo scripta sunt, quàm quæ in canonicis scripturis reperiuntur, proferre. Quæ est, si hæc non est ipsissima idololatria? Neque verò ipsi tantum

DE
tùm h
recip
ample
Dicun
doceo
geliun
illius, v
tis, ver
uange
diabol
rant. H
omnib
cæcas
monu
grauif
triam
cepto
ud hæ
& figr
cum sc
quod
ne & f
prohib
homin
curua
ses) in

tum hæretici, sed & qui dogmata eorū recipiunt, atq; ea tanquam verbum dei amplectūtur, huius idololatriæ rei sunt. Dicunt enim hæresiarchæ, quod ego doceo, dei verbum est, & purum Evangelium, mox miseri homines, hominis illius, vel diaboli potius per eum loquētis, verbum, pro dei verbo, & Christi euangelio amplectuntur, & sic se coram diaboli verbo incuruant ac illud adorant. Horrenda est hæc idololatria, & omnibus modis fugienda. Et tamē huc cæcas hominum mentes, præstigijs dæmonum, adductas esse videmus. Sunt grauisissimi autores, qui hanc idololatriam repugnare scribunt primo præcepto decalogi. Et rectè, nam quid aliud hæresis est, quàm idolum quoddam & figmentum, opus manuum hominū, cum scilicet quisque, quod sibi placet, quod sibi gratum est, eligit in religione & fide? Hi ergo sunt dij alieni, quos prohibet sequi scriptura, quos miseri homines colunt, & coram quibus incuruantur. Si surrexerit (inquit Moyses) in medio tui pphetes, aut qui somnium

Hæreses
amplectentes
idololatriæ sunt

IOANN. SLOT. GEF.

Dij alieni
allegorice
quid signi-
ficent,

nium vidisse se dicat, & prædixerit signum atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi: Eamus, & se-
quamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, nõ audies verba prophetæ illius, aut somniatoris, &c. Noua dogmata, inquit Vincentius Lirinensis, vetus testamentum allegorico sermone deos alienos appellare consuevit, eò quod scilicet ita ab hæreticis ipsorum opinionones, sicut à gentilibus dij sui obseruentur. Scribit ergo in Deuteronomio beatus Moyses: Si surrexerit (inquit) in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se iactat, id est, magister in ecclesia constitutus, quem discipuli vel auditores sui, ex aliqua reuelatione docere arbitrentur. Quid deinde? Et prædixerit (inquit) signum atque portentum, & euenerit quod locutus est. Magnus profectò nescio quis significatur magister, & tantæ scientiæ, qui sectatoribus proprijs, non solùm quæ humana sunt nosse, verùm etiam quæ supra hominẽ sunt, prænoscere posse videatur. Quales ferè discipuli sui fuisse iactant, Valen-

DI
lenti
lina
post
& sec
ras, &
ni, ni
bas? i
eis, id
Quid
verba
Hact
& seq
est, n
fia do
vt fic
aut te
oletu
ætatu
cleric
exerc
virgi
ta po
do, to
gna, s
iam p
ti per

lentinum, Donatum, Photinum, Apollinarem, cæterosque eiusmodi. Quid postea? Et dixerit (inquit) tibi: Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis. Qui sunt dii alieni, nisi errores extranei, quos ignoras? id est, noui & inauditi, & seruiamus eis, id est, credamus eis, sequamur eos. Quid ad extremum? Nō audies, inquit, verba prophetæ illius, aut somniatoris. Hactenus ille. Nam si audierimus eos, & sequuti fuerimus deos alienos, hoc est, noua quædam & aliena ab Ecclesia dogmata receperimus, necesse est ut fides beatorum patrum nostrorum, aut tota, aut certè magna ex parte violetur, necesse est, ut omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes clerici & sacerdotes, tot martyrum exercitus, tot confessorum millia, tot virginum meriades, tanta urbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot prouinciæ, tot insule, reges, regna, gentes, nationes, totus postremò iam pene terrarum orbis, Christo capiti per catholicam fidem incorporatus, tam

tam

IOANN. SLO. GEF.

tam lógo seculorum tractu, ignorasse, errasse, blasphemasse, quid crederet nescisse, & idola coluisse, pronuncietur. Quod si verum est, vt certè nõ est, quo hactenus relegatum fuit magisterium spiritussancti, quod Christus Ecclesiæ promisit & dedit? Sed de his hactenus dixisse sufficiat. Nostrum porrò erit fugere hæc idola, & abhorrere ab hac horrenda idololatria, quæ tanto est grauior, quanto ab ijs qui Christum profitentur, committitur. Ante omnia nobis semel deliberatum sit, omnia prius & facere & pati, quam vt sequamur deos alienos, errores nimirum extraneos, nouos & inauditos, quos hactenus ignorauimus, vt seruiamus, hoc est, credamus eis. Quin deo potius obtéperemus per fidelissimum suum famulum Moysen dicenti: Non audies verba prophete illius, qui videlicet iubet sequi deos alienos, vnum Deum sequamur, vnus veri Dei, vero verbo credamus, illius qui multifariam, multisque modis olim loquutus in prophetis, postea loquutus in filio, loquutus in apostolis, loquitur deinceps

Heb. 1.

DE VERO VERBO DEI 299

deinceps semper in sanctis Christi martyribus, confessoribus, sacerdotibus, patribus & doctoribus, & loquitur adhuc in vna sancta, catholica & apostolica Ecclesia. Quicquid ab illa tanquam Dei verbum receptum est, siue id scriptum sit, siue traditum, tanquam dei verbum libenter & gratanter amplectamur, & summa qua possumus veneratione prosequamur, & verbum diaboli summo conamine, omnibus viribus fugiamus, detestemur, ac horreamus.

FINIS.

¶ INDEX.